Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



249 307

domine Aliud sec. Fiant domine tuo grata
aspectu munera supplicantis ecclie et ut nostre
salutis proficiant beneficium adsit intercessio P
com Posuerunt mor. Comp. Protegat dne
famulum tuum et participatio celestis indulta
remittat: et deprecatio collata stabilit P In festo
Benedicite dno omnes angeli Sancti Michael Introit
eius potentes virtutes qui facitis verbum eius
ad audiendam vocem sermonum eius Psalmus
Benedic anima mea dno et omnia que intra me sunt nomini sancto eius
Deus qui mirro ordine angelorum ministeria
hominumque dispensas concede propitius: ut a
quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur: ab his in terra vita nostra munitur P Lectio libri
In diebus illis Factum Apocalipsis Ioh. apli
Et factum est prelium magnum in celo Michael et angeli
eius preliabantur cum dracone: et draco pugnabat et angeli eius et non valuerunt neque
invenitus est locus eorum amplius in celo Et proiectus est draco ille magnus: serpens antiquus
qui vocatur diabolus: et satanas qui seducit universum orbem Proiectus est in terram
et angeli eius cum illo missi sunt Et audivi
vocem magnam de celo dicentem Nunc facta
est salus et virtus et regnum dei nostri et po
testas xpi eius: quia proiectus est accusator fra
trum nostrorum qui accusabat illos ante conspectum
dei nostri die ac nocte Et ipsi vicerunt illum propter
sanguinem agni: et propter verbum testimonii
sui: et non dilexerunt animas suas usque ad
mortem Propterea letamini celi et qui habitatis